Et pars montiũ, qui Caſſiorũ appellantur, ad occaſum uergentes. Horũ fines gradus habent 153 :41 & 162 :44

Et Emodorum ſimiliter pars occidentalis, cuius finis habet gradus 153 :36 & 165 :36

Et iuxta Auzacios fons eſt Oechardi fluuiĳ, cuius grad. partes habet 153 :51

Tenent autẽ Scythiã hanc à ſeptẽtrione Abiĳ Scythę. Et quæ ſub ĳs eſt Hippophagi Scythę. Poſt quos Auzacitis extenditur regio. Et ſub hac etiã iuxta præfatũ receptaculũ regio Caſia. Sub qua Chatę Scythæ. Poſtea Achaſſa regio. Et ſub hac iuxta Emodos montes Chauranęi Scythę.

Ciuitates autẽ in hac parte ſunt,

* Auzacia	144	:49	20
* Iſſedon Scythica	150	:48	30
Chaurana	150	:37	15
Sœta	145	:35	20

SERICAE SITVS.
Cap. XVI.
Tabula octaua Aſiæ.

Cambalu regio & ciuitas Metropolitana Magni Cham, hinc uermes qui ſericũ filum cõficiunt, quorum iam apud Hiſpanos eſt copia.

SErica terminatur ab occaſu Scythia, quæ extra Imaum montem eſt, iuxta lineam expoſitam

A ſeptentrionib. terra incognita, iuxta parallelũ inſulę Thyles.

Similiter & ab oriente terra incognita, iuxta meridionalẽ lineam, cuius fines habent gradus 180 :63 & 180 :35

Tabin promontorium ad extrema terræ inter ortum & ſeptentrionem nominant.

A meridie reliqua parte Indiæ extrã Gangẽ per eandẽ paralleli lineam uſq; finẽ, cuius ſitus habet gradus 173 :35

Pręterea Sinis per lineã hinc productã uſq; finem expoſitum terrę incognitæ.

Montes autẽ cingũt Seras, qui Annibę appellantur. Quorum fines gradus habent 153 :60 & 171 :56

Et Auzaciorum partem oriẽtalem, cuius fines habent gradus 165 :54

Et Caſiorum oriẽtalem partem, cuius finis 162 :44 & 171 :40

Et Aſmiręi mõtes, quorũ extrema gradus habẽt 167 :47 30 & 174 :47 30

Et Tagurus mons, cuius medium gradus habet 170 :43

Et Emodorum etiam, & eorum qui Serici dicuntur pars oriẽtalis, cuius fines gradus habent 165 :36

Et qui uocat̃ Ottorocoras mõs, cuius fines gradus habẽt 169 :36 & 176 :39

Sericæ autem regionis maximam partem duo percurrunt fluuiĳ,

Oechardes amnis, cuiꝰ fons iuxta Auzacios expoſitus eſt. Qui uero iuxta Aſmiſæos montes fons eſt, gradus habet 174 :47 30

Cambrim & Pſitaram hos duos amnes uocat Plinius, quibus tertius additur Lanos.

Diuertigiũ uero, quod ad Caſios quaſi montes eſt gradus habet 160 : 49 30

Fons aũt qui in ĳs eſt 161 :44 15

Præterea fluuius, qui Bautiſus dicitur, cuius fons iuxta Caſios mõtes gradus habet 160 :43

Qui uero eſt ad Ottorocorã 176 :39

Diuertigium uero ad Emodos montes 168 :39

Fons uero in ĳs 160 :37

Quę igit̃ maxime ſeptentrionalia ſunt Sericę, colit gens Anthropophagorũ. Sub quibus ſunt Annibi gens quę eiuſdem nominis montibus ſuperiacet. Inter hos uero & Auzacios ſunt Siziges gens. Sub quibus Dãnę. Poſt Pialę uſque Oechardum fluuium, & ſub hoc eodẽ nomine Oechardæ. Iterũ orientaliores Annibis ſunt Garinęi, & Rhabbanęi. Subq; ĳs Aſmiræa eſt regio, ſupra eiuſdem nominis montes. Sub ĳs autem uſq; ad montes Caſios, ſunt Iſſedones magna gens. Et ipſis orientaliores Throani. Poſtea ſub ĳs quidẽ Ithaguri, ab orientali parte eiuſdem nominis mõtis. Sub Iſſedonibus uero Aſpacarę. Et ſub ĳs etiam Batę, & maxime auſtrales, iuxta Emodos mõtes, & Sericos Ottorocorę.

Attarocoros Plinius, Martianus & Solinus appellant, quibus mira aëris clementia & longiſsimus æuus.

Ciuitates